Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et ego dico tibi sub potestate constitutus habens sub me milites Et dico huic vade et vadit et alio veni et venit et servo meo fac hoc et fecit Audiens autem Iesus miratus est et sequentibus se dixit Amen dico vobis non inveni tantam fidem in Israel Dico autem vobis quia multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno celorum filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium Et dixit centurioni Vade et sicut credidisti fiat tibi Et sanatus est puer illa hora Offertorium Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltavit me non moriar sed vivam et narrabo opera domini Secreta Hec hostia quesumus domine emundet nostra delicta et sacrificia celebrandis subditorum tibi corpora mentesque

sciscitet Postcommunio Quam bene omnis delicias que precedebant corporali sumpsimus tantis domine largiris mysteriis ut quos ut affectibus coelestibus aptare dignaveris per dominum Dominica tertia post Omnis terra ut supra Oratio Deus qui nos Collectanea praesentis consortes plenitudinem salutis firmitate non posse subsistere da nobis salutem mentis et corporis ut ea quae pro peccatis nostris patimur te adiuvante vincamus per dominum Lectio Adorabitis Dominum Deum vestrum et illum solum servabitis Quia deberatis mihi ut mihi diligatis Qui enim diligit proximum legem implevit Nam non adulterabis non occides non furabis non falsum testimonium dices non concupisces rem proximi tui et si quid aliud mandatum in hoc verbo instauratur Diliges proximum tuum sicut te ipsum Du-